



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Iosephi Mariae Svaresii, Episcopi Vasionensis, Praenestes  
Antiqvae Libri Dvo**

**Suarès, Joseph Marie**

**Romae, 1655**

De Praenestes Etymo. 4

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11894**

*De Præneste Etymo.*

## CAPVT IV.

Lib. 7. Æneid.  
Merula. A. Schott  
in Itiner.



**P**TYMON varium est. Cato dicit quia is locus montibus præstet, Præneste oppido nomen dedit, teste Seruio: quod & Festus refert hisce verbis: *Præneste dicta est, quia is locus, quo condita est, montibus præstet.* Seruius *ἀπὸ τῶν ἰλίων* hoc est, ab ilicibus, quæ illic abundant, trahit. alij denique *ἀπὸ τῶν ἰλίων*, scilicet quod præceptus, & edito loco sit sita dictam Præneste voluerunt: siue *ἀπὸ τῆς ἰλίως*, quia pronus, & decliuus est locus. Sed hæ nominis origines Grammaticæ sunt. magis autem Historiæ, quæ repetuntur a Præneste Latini filio conditore, vel *ἀπὸ τῶν ἰλίων* a ramis ilicum, quibus reuincta erant capita saltantium agrestium, in quos incidit Telegonus: vnde *πρίντερον*, seu *πρίντερον* deducit Plutarchus. Etymologijs quidem inuestigandis insudantes mihi semper præterita vaticinari visi sunt: utque contingit illis, qui ad scopum sagittas dirigunt, interdum collineare atque attingere; sic Etymologici nonnunquam etiam diuinando verum assequuntur.

*De situ Prænestes.*

## CAPVT V.



**S**ED vt incerta est vrbs nominisque origo, ita certior eius est situs, qui in Latio prima Italię prouincia, mediterraneus, & propinquus Aequis, atque Hernicis, & intra montes, seu in montana regione, haud longe ab Vrbe Roma; a qua distat